

DE NVME RATIONE.

NVMERATIO est cuiuslibet numeri p̄ figuras competentes, ostensio. + Figurae autem quibus omnis numerus scribitur, sunt decem, videlicet, 1 2 3 4 5 6 7 8 9 0. quarum novem primæ, significatiuæ dicuntur, quia per se significant. Decima vero, 0 videlicet, non significatiua nuncupatur, quoniam per se nihil significat, alijs tamen præposita, facit illas plus significare. Valor autem harum figurarum sic sumitur. Figura in primo loco dextræ partis posita, se solam significat, In secundo se decies, In tertio vero se centies, In quarto se millies repræsentat, & sic secundum decuplam proportionem præcedendo. Vbi notandum, q̄ quartus locus, p̄pter maiorem euidenciam, puncto est signandus. *Exempla*, 1 5 4 4. Item, 3 4 6 5 9 7 8.

A iiij Sequuntur

*includuntur
in
numeratione
aliquo & pro
vini
isunt numerandi*